Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in testimonium nequitie sue fumigabunda constat deserta terra. Et in certo
tempe fructus habentes arbores. Et incredibilis anime memoria stans fig
mentum salis. Sapiam enim pterentes non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent
bona. sed et insipientie sue reliquerunt hominibus memoriam ut in his que peca
verunt non latere potuissent. Sapia autem hos quos se obseruant a dolorib liberat.
Hec autem profugum ira fratris iusti deduxit per uias rectas et ostendit illi regnum
dei. et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laborib. et complenit la
bores illi. In fraude circumuenientium illum affuit. et honestum fecit illum.
Custodiuit illum ab inimicis. et a seductorib liberauit eum. Et certamen forte de
dit illi ut uinceret. et sciret quoniam omnium potentior est sapia. Hec uenditum
iusti non dereliquit. sed a peccatorib liberauit eum. Descendit cum illo in fo
ueam et in uinculis non dereliquit eum. donec afferret illi sceptrum regni et poten
tiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit quia maculauerunt
illum et dedit illi claritatem eternam. Hec populum iustum et sanctum sine querela lib
rauit a nationib que illum opprimebant. Introiuit animam seruum domini et ste
tit contra reges horrendos in portentis et signis. et reddidit iustis mercedem
laboris sui. et deduxit eos in uia mirabili. et fuit illis in uelamento diei et
in luce stellarum per nocte. et transtulit illos per mare rubrum et transiuit eos
per aquam nimiam. inimicos autem illorum demersit in mare et abulcitudine infe
rorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum. et decantauerunt domine no
men sanctum tuum et victricem manum tuam laudauerunt pariter. quoniam sapia aperuit
os mutorum et linguas infantium fecit disertas. Direxit opus eorum in manib
prophete sancti. iter fecerunt per deserta que non inhabitabant. et in locis deser
tis fixerunt tabernacula. Steterunt contra hostes. et de inimicis se uindicauerunt.
Sitierunt et inuocauerunt te et data est illis aqua de petra altissima. et reges
sitis de lapide duro. Per quem enim penas passi sunt inimici illorum. a defectione
potus sui in eis cui habundarent filii israel letari sunt. per hec cum illis de esset
bene cum illis actum est. Nam per fontem quidem sempiternum fluminis humanum